Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Venit hora ut ostendam quam ego dixi vobis. Sabbato
Diebus illis. Cum essent in Pentecostes. Locutus
est deus abraham dixit ad eum. Abraham. Dixit
Et ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum primogenitum
quem diligis ysaac. Vade in terram visionis atque offeres
eum ibi in holocaustum super unum montium quem monstrabo
tibi. Igitur abraham diluculo consurgens stravit asinum suum. du-
cens secum duos iuvenes. Ysaac filium suum. Cumque concidisset
ligna in holocaustum abiit ad locum quem preceperat ei deus. Die
autem tertio elevatis oculis vidit locum procul. dixitque ad pueros suos.
Expectate hic cum asino. ego vadens illuc usque properantes. Post-
quam adoravimus revertemur ad vos. Tulit quoque lignum holocau-
sti. Imposuit super ysaac filium suum. ipse vero portabat in manibus
ignem. Gladium. Cumque duo pergerent simul. dixit ysaac pa-
tri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili. Ecce ignis
lignum. ubi est victima holocausti. Dixit abraham.
Deus providebit sibi victimam holocausti filium meum. Pergebant ergo
pariter. venerunt que ad locum quem ostenderat ei deus. In quo edifica-
vit altare. Desuper composuit lignum. Cumque collligasset ysa-
ac filium suum. posuit eum in altare super struem lignorum extenditque
manum arripuit gladium ut immolaret filium. Et ecce
angelus domini de celo clamavit dicens. Abraham abraham. Qui
respondit. Adsum. Dixitque illi. Ne extendas manum tuam super
puerum neque facias illi quicquam. Nunc cognovi quod timeas dominum
tu non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Levavit abraham oc-
los viditque post tergum arietem inter vepres herentem cornibus. quem
assumens obtulit holocaustum pro filio. appellavitque nomen
loci illius dominus videt. Unde usque hodie dicitur. in monte dominus
videbit. Vocavit autem ~~ager~~ angelus domini abraham secundo de celo